MAXIMO · ENNODIUS ·

Dum praelorum famuli autumni dote complerent, et detinentes
uuarum tunicas properata calce disrumperent, ego ad sum
matem uirum parentem fratremque meum et oculos et uerba
reuocaui. Iustum esse conspiciens, dum uinetis ubertas tribuitur
Licorem [liquore] me sobriam alloqui cum iocunda hilaritate personam.
soluet ergo phitagoricam [Pythagoricam] taciturnitatem, et mecum peritiae
et facundiae tuae bona partire, sit inter nos felicium uinde
miarum uice colloquium, currant dulcia musta sermonum.
[Habes quae] Duesque cum diacono scissime de institutis morum nota dicendi
ubertate comunicis. Nam qui ecclesiastica uiuos probitate
subsistunt, silentii apud illos iustiquitatio est. scribite qua
aureae castitas districtione teneatur, per quem callem obscena
fugiatur auaritia, quibus modis turpis fenandi declinetur
obscuritas. In summa sine dissimulatione docete quae geratis.
Illud praecipuae scire cupidum dignanter instruite, quae
sponsae uel blandimenta saeculi religionis districtione re
spuantur. Domine ut supra salutationis munera praesortans,
precor ut gratanter accipias, quod inter curarum
moles exig&[it] fieri iocorum non respuenda subreptio.

· MAXIMO · ENNODIUS ·

Ubi est fides splendentis periclitata conscientiae, quam
et in annis puerilibus cana reuerentia non relinquit.
Quam per aeui praeiudicium obseruantia honestatis in
radiat, quae in tempore iuuentutis actibus maturescens,
infantiam ingressa praelabitur. numquid aequum fuit
amantis paginis tantum mandata restitui? aut per fides
est liberae scriptionis et famuli? numquid dignum probatis
moribus censuistis, prouocantem ad officia religiosa non sub
sequi? uel nefas putastis epistolas reddere, quas uobis inter
excessus contigit non coepisse? haec igitur est tua disciplina
non tandem te probitas olim manifestata dissiminat; Ego
tamen loquacitate qua notus sum, indurata genitor mittere
silentia. Numquid tibi inpar est lingua natalibus, aut non
testimonium generis adnuntias flore sermonis? numquid.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0325